Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 7

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 9.

Codex VII.

Chartac. Fol. maj. Sæc. 14. v. 15.

Alex. de Hales pars I. Sum. Theol.

Folium primum menbran. litera initiali variegata eleganter ornata. Manus Sæc. 14. seu 15 prodit. Continet partem primam Sumæ Theologiæ + Alexandri de Ales, foliis 204. quibus tabula annexa est. Incipit: "Quoniam sicut dicit bohecius in libro de Trinitate"; et finitur: "Sic ergo ad laudem et gloriam Salvatoris terminata est inquisitio de his, quæ pertinent ad inquisitionem Sanctiss: Divinitatis et divinæ unitatis et trinitatis cui est honor et imperium per infinita sæcula sæculorum amen."

"Explicit primus Liber Sumæ magistri Alexandri de halis ordinis fratrum minorum"

1. 1. 7.

Contuli codicem nostrum cum editione prima, nempe ab Antonio Koburger Norimbergæ 1482. impressa, quæ in nostra reperitur Bibliotheca (a), et illi per omnia similem inveni.

(a) A. 2. 12.

Alexander Alesius, Halensis, seu de Hales, Anglus ex ord. S. Franc. minor. obiit Parisiis 1245. Magister erat Bonaventuræ et Joan. Duns Scoti, inter scolasticos Doctor irrefragabilis. Vid. Waddingum in Bibl. ord. minor. et T. I Anal. ad an. 1245. Notat insuper clariss. Panzer /: Buchdruckergesch. Nürnb. p. 64:/ Contra Hambergerum et alios, hanc summam Alex. Halensis non esse merum Comentarium in libros sentent. Petri Lombardi, sed opus Theolog. peculiari systemate elaboratum. Vid. etiam Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 64.

Alex. de Hales pars IV Sum. Theol.

Cod. VIII.

Chartac. Folio maj.

1. 1. 8

Antecedenti per omnia similis. Continet Sumæ Theologiæ Alexandri Halensis partem 4tam de Sacramentis in genere, et in specie de Baptismo, Confirmatione et Eucharistia, usque ad quæstionem 54. editionis Koburgerianæ, quæ de poenitentia agit, in nostro autem codice cum subsequentibus desideratur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 7

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1716

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)